



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephvs hoc est, Sanctissimi Educatoris Christi Dom.
Deiq. nostri in Terris apparentis, ac Æternæ Virginis
Mariæ Sponsi Vitæ Historia**

Stengel, Carl

Monaci, MDCXVI.

Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42004

AD LECTO- REM.

Repositum mihi fuit, Chri-
stiane Lector, hoc paruo li-
bello D. IOSEPHI vitæ hi-
storiam prosequi, cæ ferè methodo, quæ
aliorum Sanctorum vitæ passim con-
scriptæ leguntur; ita tamen, ut nihil
adducerem, quòd non sacris literis con-
sentaneum esset, aut SS. Patrum, vel
nostri seculi grauissimorum Scriptorum
certâ & probatâ auctoritate firmari
posset. Noueris autem à nostro institu-
to longè alienum fuisse, Laudes & en-
comia prædicti Diui coaceruare, quo-
rum passim pleni libri omnium mani-
bus teruntur. Quare qui ea desiderat,
post SS. Patres, & Ecclesie Doctores,
adeat eos qui conciones, sermones, &
Homilias conscripserunt, vel ex insti-
tuto laudes eius prosequuti sunt, ut po-

te, Iosephinam Gersonis, Historiam Iosephi F. Ioannis de Fano Capucini. F. Isidororum de Insularis de donis S. Iosephi, F. Hieronymum Gratianum de Matre Dei Carmelitanum, de Laudibus S. Iosephi, nuper etiam ex Hispanica in Germanicam translatum, & apud nos editum. P. Morales Societatis IESU in 1. caput Matthæi, P. Ioannem de Carthagenâ Ordinis Minorum tomo secundo Homiliarum libro quarto. & innumeros alios. Vale, & Deus pro nobis precare.